Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

De infirmis

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

In hiis tribus placet delectatur multum ... speciosis formosis ambulantibus speciosis in celebratione(?)

Multis curis sequitur sompnia

Ubi multa sunt sompnia ibi multe sunt vanitates

De rebus amissis non habeas quam plorare pro quod alia ... luere

Quem deus defendit quis offendit

Quem deus amat flagellat

Melius est nomen bonum quam divitie multe

Curam habe de bono nomine hoc enim magis permanebit

Non obliviscaris alieni spem sicud quam deus fecit pro nobis et non apud nos

Apis brevis est in volatilibus at ... initium dulcedinis habet fructus eius

Multi ceciderunt in ore gladii sed plures interierunt per linguam suam

Beatus homo qui non est lapsus verbo ex ore suo et tertium est aliqua

Noli esse ~~assiduus ac~~ avidus in omni epulatione et non effundas te super omnem escam

In multis enim escis erit infirmitas et appropinquabit usque ad choleram

Propter crapulam multi obierunt qui autem modicum escarum sanabitur

Primus cibus consistit in medio tam in bibendo quam in comedendo

Si in potando vel in devorando coactus fueris in medio ... meo consilio surge foramen(?) et quam cicius hoc feceris tanto cicius melius habebis

Est tempus lugendi et tempus ridendi tempus laborandi et tempus quiescendi tempus loquendi et tempus est tacendi

Si quid quam comune velis hoc fac cum presumas honeste stabis sursum sed cum inhoneste cades deorsum

De infirmis

Infirmum visita frequenter quia si convalescit amabit abeo(?) se
Qui non possunt amare hominem sanum si non amaveris infirmum

Non est dolendum de morte boni sed de vita reprobi quia boni transeunt de
labore in refrigerium sed reprobi de labore in tormentum
Ne onerent te dulcis vilis gravant sed pone in medium vestimenti honestum
Cor medium vilis gravat sed medium vestimenti alleviatur
Coram religiosis ac ordinibus ante pellem pelles quomodo tibi eveniet
nomen bonum
Maior est honor attribuitur divitiis quam recipienti
Sis sodalis cum virtutis et mox propitius eris
Cum lugente luge et ridente ride
Amicus verus amico libenter conversatur et sine tedio cum semper conatur sibi
placere et semper timet sibi displicere //
Cavet offensam et placet offenso //
Congaudet prosperitati et dolet adversitati //
Gaudet de eius presentia et dolet de eius absentia
Secreta sua sibi pandit et consiliis suis sibi [illegible] acquiescit petit ab eo
fiducialiter et tribuit

De Amico ficto

Amicus fictus libenter accipit et invitus tribuit
Obsequium tuum diligit sed vicissitudinem non reddit
libenter audit secreta tua sed semper celat sua
Gaudet de adventu tuo sed magis de lucro suo
Continuo cupit cominari tecum sed vicissime dicit coquina nostra
largiter comedit de tuis sed tenaciter de suis
Fictus amicus non decipit unus sed solum multiplices
Nolo meo consilio et fuit sic petere ab eo quod vis in opportunitate et si dubitet
repetere amicus est et si quod tuum magis diligit cum tuo cuique pro ?
acquiescit et constare
Audit componit verba si desunt opera